Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



325

Dixit autem dominus ad gad. Coartor undique: mi
mis. Si; mecum ut incidam in manu domini. multum
enim sunt miserationes eius. quam in manu hominis. Immisit itaque
dominus pestilentiam in israel. de mane usque ad tempus con
stitutum. Et mortuus est ex populo dan usque bersabee
lxx. milia uirorum. Cumque extendisset manum angelus
domini super ierusalem. ut disperderet eam. misertus est dominus super
afflictione. et ait angelo percutienti populum. Sufficit
nunc cum tu manum tuam. Erat autem angelus domini iux
ta aream aruna iebusei. Dixitque dauid ad dominum.
cum uidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui. ego inique egi. isti qui oues sunt. quid fecerunt.
Obsecro manus tua contra me. et contra domum
patris mei.
Septuaginta milia pestilentiae consumunt. cum tempore reuelatae gratiae iudi
in passione christi moriuntur. Qui per septuaginta
milia designantur. qua in septem ordinibus regum pon
tificum. sacerdotum. leuitarum. scribarum. phari
seorum. et sadduceorum. fundantur. Angelus super ierusalem ma
num extendit. cum ira dei in omnem generis humanum, pre
latum primae piuaricationis descendit. Dauid angelo
cedenti se opponit. cum filius dei passuptam humani
tatem, per toto humano genere apparere intercedit.
Sicut enim in superioribus dauid peccando. uetus ad typo
adumbrat. ita hic, per populo inueniendo. nouum
ad typum exequitur. Venit itaque gad ad dauid.
in die illa. et dixit ei. Ascende. et erige domino al
tare in area aureuna iebusei. Et ascendit dauid iux
ta sermonem gad. quem precepit eidem dominus. Conspiciensque
aruna. animaduertit regem et seruos eius insire ad
se. et egressus adorauit regem, pronus uultum in terram.
et ait. Quid causae est. ut ueniat dominus meus rex ad ser
uum suum. Cui dauid ait. Vt emam a te aream. et edificem
altare domino. et cesset interfectio. quae grassatur in populo.
Et ait aruna ad dauid. Accipiat et offerat dominus meus
rex. sicut placet ei. Habes boues in holocaustum.
et plaustrum. et iuga boum. in usum lignorum.
Omnia dedit aruna regi. Dixitque aruna regi.
Dominus deus tuus suscipiat uotum tuum. Cui respondens
rex ait. Nequaquam ut tu uis. sed emam a te pecu.
et te offeram domino deo meo. holocausta gratuita. Emit quoque dauid aream. et boues. argenti siclus
quinquaginta. et edificauit ibi dauid altare
domino. et obtulit holocausta. et pacifica. et re
propitiatus est dominus terre. et cohibita est plaga ab
israel.
Gad propheta ad dauid mittit. cum
ordo prophetarum sacramenta filii dei in mun
do loquitur. Gad propheta regi denuntiat. ut as
cendat. et altare domino constituat. quia ordo prophetarum
hoc denuntiat. quod ante resurrectionem suam ec
clesiam gentium introeat. Aruna enim quia illumi
natus interpretatur. ecclesia gentium figurat. Aru
na iebuseus scribitur. quod euculcatus dicitur. quia populus
gentium. quia nec per dei gratiam illuminatur. soli in imi
quitatibus suis euculcabatur. Iebuseus etiam presepe
meum dicitur. quia populus gentium. quia soli uelut onager
in deserto libere uagabatur. nec ad presepe alli
gatur. quia ipse presepe dei efficitur. Altare in area
aruna fieri precipitur. quia ecclesia in latitudine gen
tium construitur. in qua sola uerum deo sacrificium of
fertur. quia ueri sacrificii locus extra ecclesiam ca
tholicam non inuenitur. Dauid ascendit. cum filius dei
celos descendit. Aruna rex ad se cum ser
uis suis transire despicit. dum
populus gentium ad cognitionem dei per predicationem
apostolorum pertingit. Aruna egreditur. cum populus
gentium per predicationem euangelii. de ignorantia
dei et sui pregreditur. Aruna, pronus uultu regem
adorat. cum populus gentium in uera cognitione
dei et sui se humiliat. In terram adorat. cum in hu
manitate filii dei tota spes sue salutis collocatur.
Aruna interrogat. quid causae sit. quod dominus suus
rex ad seruum suum ueniat. cum populus gentium in uera
dei et sui cognitione se humilians admirat.
quod filius dei per suam misericordiam. ad ipsum petrum
uenire dignatur. Dauid mirantibus responsum
reddit. cum filius dei per illuminationem spiritus sui
populum gentium instruit. quae causa sue digna
tionis fuerit. per quam ipse in hunc mundum uenerit. Nam propter quam in hunc mundum ueni, propter